

Adolph Friedrich Trendelenburg Clamor Georg Sibeth


Qvae Avctoritate Incliti Ivreconsvltorvm Ordinis : Bvetzovii A. D. XIII. Ianvarii ...

[Bvetzovii], 1774


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1782410767>


Druck Freier  Zugang





K.K. 2 (166.)





QVAE

AUCTORITATE

26

INCLITI IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDE

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG

AA. LL. MAG. PHIL. ET I. V. D. ET S. PALATII CAES. COMITE
SOCIETAT. DVCAL. TEVTON. HELMSTAD. MEMBRO HONORARIO
IVRIS ADHVC ANTECESSORE IN HAC FRIDERICIANA
SENIORE

ETIAM SACRAE REGIAE MAIESTATIS SVECICAE SVMMI IN GERMANIA
TRIBUNALIS QVOD WISMARIAE EST ADSESSORE DESIGNATO

VT

CERTAMINIS LITTERARII

PRO MORE

AD IMPETRANDOS

SVMMOS IN IVRE HONORES

INSTITVENDI

MATERIAM PRAEBEAT

PROFONIT

CLAMOR GEORGIVS SIBETH

GVESTROVIENSIS MECLENBURGICVS
IN ILLVSTRI DICASTERIO AVLICO ET PROVINCIALI MECLENBURGICO
QVOD GVESTROVII EST INSCRIPTVS ADVOCATVS ORDINARIVS.

BVETZOVII

A. D. XIII. IANVARIA O. R. cl. lxxxviii

LECTURIS

S.

Quam acciderit mihi, nil tale meditati, ne opinanti quidem, ut pro
 summis in iure honoribus mitraque doctorali, ex more pro cathedra
 disceptans, non integrum libellum, iuris quendam locum pertractan-
 tem proponerem, ex quo, qui impugnantium subsellia occupant, possent
 disceptandi materiam desumere, sed quaestiones ex iure decerptas colligerem
 certaminis litterarii instituenti gratia, omnino mearum partium mihi visum
 est, ut exponerem Vobis, qui haec aut lecturi, aut mirabundi forte in spe-
 cturi estis, rationem, quae effecit, ut hoc consilium caperem. Ante annum
 eturiam, et quod excurrit, Illustri ICTorum Ordini in Academia patria Fri-
 dericiana me sistens nolui tum statim ipsos honores petere, quorum obtinen-
 dorum causa id exantleueram, quia proprio Marte libellum academicum
 disceptationis gratia proponendum conscribere institueram, eamque ob caus-
 sam, tum in album eorum, quibus coram illustri Dicastrio aulico et provin-
 ciali, quod in patria ciuitate floret, postulandi ius est, inscribendus, petii
 a Serenissimo Duce dispensationem a lege ista, quae honoribus academicis
 defuitos a foro arceat. Qua quidem ad anni spatium impetrata, hunc
 ipsum annum destinaueram conscriptioni dissertationis inauguralis. Sed
 ipsum annum pertractare volebam, quaestiones, quam potissi-
 mum eligerem, diu dubius haesi, inconstantem animum ab alia ad aliam fle-
 tens. Postea mentem in eligendo loco figens, legi quidem et collegi non-
 nulla, quae huic, quem elegeram, loco pertractando inferuissent, sed, ut
 fit, dum tempore nos putamus et otio abundare, ego quoque distuli labo-
 rem, ipsum libellum conscribendi, non quia iniucundus mihi esset, sed quia
 inusitatum illum parullisper extimescebam. Neque puto succenseri mihi posse,
 quod fateor, me hominem, et iuuenem, et in re litteraria plane nouum ad eum
 subtimidum accessisse. Accessit, quod ipsum otium mihi mirueretur, quum
 Pater Optimus mihi traderet non nullas causas in foro perorandas, in quo
 genere laborum itidem nouus, mirandum non est, si plus forte temporis con-

igitur, in quem vacatio mihi concessa erat, ad finem properante parum ab-
fuit, quin nouam uocationem peterem. Sed quum nunciabatur mihi, Prae-
sidem ad exteros euocatum mox Musis Buetzouiensibus uale dicturum esse,
miro festinandi impetu abreptus, dextram calamo armatam ad opus satis
procrastinatum admoui. Opere uero ipso inter manus meas quasi crescente,
quum sentirem me integrum illud perficere non posse ante tempus illud, quod
certamini litterario instituendo praefigendam erat, partem dissertationis,
quam elaboraueram, Praesidi obtuli, ut is eam reuideret et curis suis secundis
exornaret. Ille uero perlecta parte ista ipsi oblata, negabat, se posse, nisi
inspecta et perlustrata integra commentatione, de aliqua eius particula sibi
proposita indicare, aut ante limam operi adhibere, quam totius eiusdem
ideam animo haberet informatam. Nimiam quoque festinationem maxi-
mopere dissuadebat. Quibus omnibus, quum et hoc accedebat, in quo solo
allegando subsistere potuissem, nisi omnia allegare et ingenue profiteri apud
animum constituissem, quod typographus, qui libellum typis excudere de-
bebat, aliis quam plurimis laboribus adeo occupatus esset, ut ne quidem
partem istam a me elaboratam typis exscribere potuisset, nec ulteriori dila-
tioni locus esset, non suppetebat aliud consilium, quam ut nonnullas con-
gererem quaestiones, easque festinante calamo in chartam conicerem, ut
haberent, quibuscum certandum mihi est, in quod tela dirigerent. Quae
quidem sunt, quas hisce pagellis exhibeo. Nihilominus tamen constans in
eo perseuero consilio, ut telam inceptam perficiam, commentationemque
in qua conscribenda initium non plane exiguum feci, ad finem perducam.
In quo quidem labore, si, maiori hoc otio forte fortuna mihi concesso usu-
rus, lente festinauero, puto, me facilem impetraturum esse excusationem
ab iis, a quibus illam enixe ei obseruanter rogo. Valete LECTORES,
et exspectetis quam primum quidem pro rerum mearum conditione fieri pote-
rit, plura, nescio, an non meliora. Scribebam Guestrouii a. d. III.
Ianuarii A. O. R. c I O I O C C L X X I I I I I.

I.
Qui sub beneficio inuentarii adit hereditatem, id obtinet, vt non amplius teneatur, quam tum in hereditate erat, cum illam adiret.

II.

Sed confecto iam inuentario et adita secundum illud hereditate, si casu haec deminuatur, cuius sit periculum, quaeritur, creditorum, an heredis? Et puto *MEVIUM*, qui *P. II. Dec. 357.* posterius adferit, commode posse cum iis, qui prius adfirmant, conciliari.

III.

Abutitur beneficio inuentarii, qui hereditati, massam debitorum non excedenti, infidet, fructusque hereditatis lucrari intendit.

IIII.

Beneficium inuentarii neutiquam abundare fecit beneficium deliberandi.

V.

Pignorum publicorum iuris romani et aliud fundamentum est, et alia ratio, quam pignorum publicorum iuris germanici.

VI.

Pignora publica iuris germanici simpliciter praeferenda sunt pignoribus publicis iuris romani.

VII.

Secundum dispositionem §. 371. *Transactionis prouincialis meclenburgicae* fieri potest, vt creditor, cui de iure communi locus in secunda creditorum concurrentium classe, scilicet hypothecariorum priuilegiatorum, competit, postponatur creditori tertiae classis, ob ius hypothecae publicae iuris germanici.

V III.

Immissio, quae sit rei iudicatae exequendae causa, efficit ius hypothecae publicae.

VIII.

Sed quaeritur quale? romani an germanici iuris? — Et magis videtur romani iuris tantum, non germanici.

X.

Si de iure, non de praxi, quaeritur, rationi *legis II. C. qui potiores in pignore* omnino magis conuenire videtur, vt hypothecae legibus constitutae eodem iure praelationis gaudeant, quod datum est iis, quae iudicis auctoritate, aut tabellionis, aut trium virorum honestorum fide nituntur.

XI.

Ergone hypothecae, legibus romanis constitutae, publicae iuris romani, legibus domesticis vero constitutae, publicae iuris germanici habendae sunt? — Minime. Sed omnes, siue e Romanorum, siue e Germanorum institutis proficiantur, aestimari debent iure hypothecarum publicarum iuris romani.

XII.

Naturali quidem ratione hypotheca prior incipere non potest, quam existente demum debito, in cuius securitatem ea constituitur. Sed si locatori residua merces debetur, in cuius securitatem hypotheca ipsi in bona conductoris competit, quaeritur, vtrum eius aetas ex tempore, quo merces solui debet, an ex tempore contractus aestimanda sit? — Et est omnino ex tempore contractus aestimanda.

XIII.

Vera quidem est de iure romano fideiussionis et constituti debiti alieni differentia, quae in eo ponitur, quod fideiussio stipulatione fieri so-

omnino et alia, quae ex ipsa natura seu essentia horum negotiorum proficiscitur, et in eo consistit, quod in iisdem principaliter intenditur, et propter quod peraguntur. Nam fideiussionis hoc proprium est, ut fideiussore intercedente maior securitas creditori praestetur.

XIII.

Quum de iure meclenburgico obligatio fideiussoris ad heredes ipso iure non transeat, quaeri solet: quid iuris sit, si fideiussoris heres possideat bona, quae fideiubendo obligauit antecessor eius? Nec vna est Doctorum responsio. Sed respondendum videtur: Omnino ne tum quidem aduersus heredem fideiussoris, qua talem, ex huius obligatione dari actionem, licet qua possessor rei obligatae, omnino hypothecaria in rem actione conueniri possit.

XV.

Lite quidem a fideiussore contestata, heres eiusdem etiam in terris meclenburgicis tenetur.

XVI.

Sed citationis insinuatio, licet litem faciat pendentem, tamen obligationem fideiussoris ad heredes non transfert.

XVII.

Dubitandum tamen non est, quin omnia ea, quae litis contestationi ideo tribuuntur in iure romano, quia ea litem ex mente Romanorum facit pendentem, ad citationem rite insinuatam hodie sint transferenda.

XVIII.

Quod ius romanum constituit, litem per litis contestationem fieri pendentem, et ius canonicum, citationem rei ad petitionem actoris rite insinua-

conueniens defendi.

XVIII.

Compenfatur omnino etiam illiquidum cum liquido.

XX.

Fieri recte potest, vt quis foluens id, ad quod foluendum processu executiuo, vt loqui amant practici, condemnatus erat, id, quod foluit, repetat conditione indebiti. Neque opponi ipsi potest exceptio rei iudicatae.

XXI.

Feudum, quod agnatus a creditoribus concurrentibus emit, in terris meclenburgicis non iure noui, sed antiqui, censendum est.

XXII.


In quaestione an remedium Legis 2. C. de rescind. vendit. possit ad transactiones impugnandas adhiberi, quamuis adfirmantium opinio in foro triumphet, verior tamen videtur negantium sententia.


XXIII.


Temeritati litigandi fauere videntur, qui iuriiurando delato simpliciter hanc volunt inesse vim, vt compensationi expensarum locum faciat.


XXIII.

Fundi inundatione, possessio quidem eiusdem, non vero dominium amittitur.









avit, studia sua eo dirigere debet, ve
ad re... gendas aptus fiat, sicque vel do
cendo, ... agendo, vel consulendo et re
spondendo... dicando, vel denique negotia
in Cancellar... obeundo, muneris sui par
tes exacte imple

Hac docendi... isprudentiam po
sitivam methodo adhib... infinitae, de iu
risprudentiae, non nisi ab... vitiofae, nae
vis et defectibus, quaerela... solidioris
iurisprudentiae impediment... cent An
tecessores, arduo suo muneri fa... cupida
legum iuventus, quae hac in discen... non
fidere potest spem impleri, cum

STINIANVS in Proem. I.§.7 dimittit:
ope et alacri studio has leges nostras accipite
sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherr
toto legitimo opere perfetto, posse etiam nostran
publicam in partibus eius vobis credendis gubern

Georg. Henr. AYRERI Prol. de iurisprudentia non
abutentium vitio vitiosa, ad temperandam Cel. Mura
torii de naevis iurisprudentiae sententiam, ab Italis
ICTis nonnullis illos vel plane negantibus, vel saltem
extenuantibus, impugnatam. Vid. EIVS Opusc. Syll
ge nova n. VIII.

Io. Salomo BRUNQVELL Prolusio: de praecipuis so
lidioris iurisprudentiae impedimentis. Ienae 1728.

Ernst. Ioach. de WESTPHALEN de origine et medela
corruptae iurisprudentiae et iustitiae; accedit biblio
thece

